In nomine Sanctissimae & Individuae Trinitatis Patris Fi-
lii & Spiritus Sancti Amen.

Ego Joannes Nep. Boráros 1756. 1a Januarii natus in aetate jam
senili constitutus vitae humanae instabilem innumerabilibus
aerumnis, curis, vicissitudinibusq currentem fluxum certum sae-
pius improvisum multorum decessum observans, descendentibus
successoribus quinque praemortuis plene destitutus, ad casum, quo
mihi etiam juxta divinum placitum de hoc mundo mi-
grandum est, de Bonis per divinam benedictionem utpluri-
mum acquisitis, sequentem ultimam voluntatis meae Di-
spositionem sana cum mente plenaq interna mei cum
convictione aperio & ordino:

1o Corpus ab anima solutum deferatur in
Ecclesiam Theresini Suburbii, in qua dum curam aedi-
ficii gessi, expensis propriis in medio Ecclesiae muratum
locum adaptari feci, hic et uxor dilecta sepeliri potest;
Tabulatum loco sepulturae adhibendum referat in marmo-
re exsculptum Nomen, et Conditionem, exprimat annos
gestorum Officiorum, et indicet post multos labores lo-
cum quietis; ob hoc lego eidem Ecclesiae flnos V.V. mille
illa cum obligatione, ut ex illorum interusurio singulo
mense duo adeoq per annum 24. lecta sacra serventur.
Animam reddo Creatori, cui ut parcere, eandemq in aeterna
gaudia assumere dignetur, ego peccatorum maximus De-
um ad ultimum vitae halitum flexo poplite exorare non
desistam. Si vero locus hic sepulturae non concederetur,
deferatur exanime Corpus, quo uxori disponere libuerit,
semper tamen praemissa modalitate Tabularo cum in-
scriptione providendus.

2do Sepulturae cura uxori dilectae Nobili Eleo-
norae Heizl jam Háry relinquitur, pro illa destinantur flni
V.V. mille, pro refrigerio animae celebretur subsequa Inhuma-
tionis Die aut si Festum inciderit, subsequa unum majus
& 12 lecta Sacra ad assumptam in Ecclesia Parochiali, si vero
ut priori puncto attactum sepultura ad Ecclesiam Theresini
Suburbii concessa fuerit, ibidem etiam Diem praemissum
sequente unum majus & 12. sacra minora.

3tio Pro Instituto Pauperum, Xenodochio,
Cassa incendiaria lego singillativos 500, universim flnos
mille 500 V.V.

4to Instituto Caecorum lego semper in
subsequis etiam punctis sic intellectos mille flnos V.V. &

cum in causa Concursuali Valer. Ettliana per Sententiam Exc. I. Viratus e sola Credatarii Ettl Viduae Rosaliae Adlerer jurata Revelatione in Capitali jam deposito, sed fructuose elocato 4949 for. horumq interusurio fere alterum tantum efferente, quin auditus, commonitus, vel Revelatio unquam mecum communicaretur, convictus fuissem, in e-recto vero via Novi Processus me indubie ab hoc onere liberandum sperarem, si Determinium Processus hujus Novi me attingere non posse eveniret, ad casum hunc orare volui I. Deputationem in objecto Locorum operantem, quatenus necessaria ad assequendum finem Processus favorabilem media adhibere dignetur, cum et in hac suma respective 10.000 fl efferente idem Institutum Heredem, Successorem & Legatarium jam nunc pro tunc constituo, & denomino. Si porro Institutum hoc quaqua demum ratione cessare contingeret, Legatum puncto hoc attactum deferatur Instituto Surdo mutorum Vaciensi supra attactam Decisionem bonam Causae cooperaturo, quod si summam hanc ipse incassavero, ulteriora disponam.

5º Ecclesiis ad assumptam B. M. V. Stan Theresian, S. Josephum, S. Leopoldum, S. Franciscum ita & Conventibus P.P. Franciscanorum et Servitarum lego singillativos 500. universim 3500 fnos V.V. sub obligatione tot, quot Capitalis Interusurium admiserit Die secuturae mortis Sacra legendi.

6º Ecclesiis G. R. n. U. ad A. B. M. V. & S. Georgium lego singillativos 250 f simul 500 fl. V.V.

7º Pro usibus Ecclesiarum Helveticae & Augustanae Confessionis lego singillativos 100 f. simul 200 flnos V.V.

8º Ut pauperiores discentes Normalium Scholarum requisitos libellos pro possibili habeant, pro extante jam fundo tali lego eundem in finem 1000 fl V.V. Interusurium ejusdem cathegoriae Fundationi adjiciendum esse; Libri per Directorem Scholarum normalium comparentur, & ut huidum per Professores distribuantur.

9º Instituto Surdo mutorum lego 1000 f V.

10º E respectu quod Possessioni vinearum Szadensium per I. Dominia subinde mei exigua reflexio habita fuerit I. Dominiis Epatui Vaciensi & Capitolo M. Varadinensi lego singillativos 100. una 200 fl V. V.

11º Ad erigendum fundum publicum Regni vel alias publicas utiles destinationes voto Exc. Con-

-silii

Consilii B. G. convertendos lego 2000 fnos V. V.

12.o Pro fundo Pensionali Officialium Civicorum lego mille fnos V.V. in Obligatorialibus Pajanosx conservorum.

13.o Eleonorae Házy apud me in educatione constitutae lego 3000. flnos V.V. dum nupserit Civitati erga interusurium elocandos, Interusurium ipsa tollat, si ut possibile illam praemori contingeret Legatum hoc Massae adjiciatur.

14.o Singulus Servitorum, ancillarum, praeter currentem mercedem si ultra annum medium apud me fuit, praeterea unius integri anni mercedem accipiat. Emerito Hévár adlaterano Drabano dentur 100 fni V.V.

15.o P.P. Franciscanis hujatibus quorum Syndicus eram lego 50 urnas albi vini cum doliis dandas.

16.o Domo habitationis pro Residentia Viduali uxori destinata, pecuniis paratis, nefors Obligatorialibus, Argenteria, omnique domestica instructione mobili cum equis et curribus jam nominatae perdilectae uxori in proprietatem relictis; omnis reliqua Substantia mobilis & immobilis cujus interim Divisio non facta est & non fiet, vasis, vinis, & Instructione vindemiali huc intellectis per denominandum Commissarium praemissa conscientiosa Conscriptione, quo meliori modo, semper tamen per publicationem divendantur, Domo unica pro viduali habitatione destinata nonnisi post mortem uxoris divendi valente.

17.o Praeter ea quae uxori jam destinavi titulo Allaturae 5000 flnis perceptis et ex illis 2000 fnis solutis quod restat cum 3000f V.V. eidem distinctim exsolvantur.

18.o Vestitu meo ad uxorem spectante, Libri, Pyxides, Phaics, Selopi, Frameae & omnis armatura per divisionem vendatur, pretiumque Massae adjiciatur.

19.o Quatuor mille octingentos flnos lego 24 puellabus hujatibus bene moratis Rk Catholicis ita ut haec Summa 4800f ex publico elocetur et dum miserioris Sortis puella Rk Catholica ejusdem Religionis homini nupserit, singillatim singulae cum interusurio pro rata accreso ad id tempus per Officium pupillare in Capitali manipulando, dentur 200 fni V.V. destinationem et delectum puellarum propositioni uxoris dum vivit, secus A. Magistratus defero denominationi.

20.o Sorori Theresiae Viduae Házy cum plurima praestiterim, & actu praestem, nulla proin ab obligatione, sed libera de voluntate prolibus illius Octo, sibi 3000 universim proin 11000f V.V. quae summa fere quadru-

plo

quadruplo ratam illius Divisionalem superat, lego. Suma haec per hujas Offum Pupillare elocetur, Mater dum vivit, Interusurium quoque prolium ratarum tollat, & nonnisi illius cum annutu singillativè proli Rata sua contigneter, sed et Capitale attacta majorennitate singulae proli eisolvi potest, Matre porro decedente, proles quoad hoc Legatum in Sensu Legis aequalem habeant Successionem. Emanueli Jászy Pragensi mercatori praeter e praemissis sibi competentem ratam distincte pro se solo, suaq persona lego 2000 f i. e. bis mille fnos V.V.

21° Affinissae Annae nuptae Träger denatae primae uxoris Eleonorae Stromajer Sorori germanae, prolibusq illius testantibus etiam actis publicis in Archivo existentibus cum attenuatione propriarum virium causa jam plus quam debebam & fieri oportuisset, feci, Beneficia hodie quoq cum prolibus continuans. Affinissa haec Vidua Träger usq recens interventam mortem, procuratamq per me Sepulturam annue in paratis ultra 500 f praeter data naturalia me constabat, ultra hoc adjuvamen mendicitati exposita fuisset, ex obligatione proin ultro quid praestare conscientia reluctatur, quippe non obstante transactione e dubio litis eventu Magliter ratificata, Testamentum denatae Matris stabilitum est et ex illo non solum sibi omnia facta legata praevie, sed triplicato plus percepit, & tamen per praeallatam Conventionem praeter fundos multum nominatos mox depraedatos, et alia in Transactione specificata obtinuit, mihi sola haec domus per me exceptis tribus cubiculis e fundamentis aedificata et vinea desolata Promontoriensis mansit, proprias vineas permultas, Domum item praehabitam propter aedificium auxilium divendere coactus, multaq debita jam soluta contrahere necessitabar, possum proin conscientiose dicere, quod universam post mortem matris remansam Substantiam ipsa sola & unica obtinuerit, sed & dilapidavit, e Praemissis itaq quod Domus & fundorum in vineis desolato statu constitutorum directus ad nomen quoq meum Transscriptionem acquisitor effectus sim, ad ultro quid faciendum nullatenus stringi possum, prolibus quatuor denatae Affinissae Träger in quantum supercessent 4000 f titulo Doni relinquo, ad casum unius vel alterius decessum mutua inter se Successione observata.

22° Si quem e Legatariis eo dementiae prolabi contingeret, ut destinationes praevias e libera ceteroquin voluntate de proprietate factas contemneret, aut quid in obversum agere moliretur, talis omni frustretur Legato, & Rata haec Instituto Pauperum cedat.

23° Praevis Legatis e divenditione Mobilis & immobilis Substantiae (: Domo pro habitatione uxoris viduae praemissa horsum non me intellecta :) pretioq proditurо et solvendis, quod de pecuniis facta omnium exsolutione resultaturum est, bifariam dividatur pars una pro Domo laboratoria Districtuali erigenda, pars altera pro Orphanis prolibus Katholicis ad mentem Georgii Gönyiczy, vel secus Magtuali Optione secus educandis, vel pecuniis convertendis cedat. Pro effectu Testamenti et exsolutione Legatorum unius anni tempus destino; si percipiendae pecuniis mox sui destinationem attingere non possent, eadem fructuose elocentur, et cum Interusurio destinationi suae consignentur, pecuniis ut jam dixi ad hodiernum V.V. pecuniarum valoris cursum intellectis. Et cum evenire posset ut per tempus quoumq demum et incidenti pecuniis non in illa qua calculabam Summa percipiendae sint, ad hunc non speratum casum fiat in singulo Legato proportionatae quotalitatis decrementum. Caeterum ex plena convictione, & non vanae ostentationis causa opto et dispono, ut in duobus his locis, quorsum Legata dabuntur, Nomen & Character marmori e pecuniis Massae procurando inferatur, et ad locum visibilem ponatur, quo ita prolibus destitutus nomen superesset & hoc aliis improlibus & descendentibus carituris simile quid ordinandi provocativum quasi evadat exemplum.

24° Pro Testamenti Executore rogando denomino Dnos Spectes Franciscum Steinbach Directoralem Fiscalem Regium, ʒ Dnum Josephum Havas pro nunc Senatorem, quibus nefors ultra promotis, impeditis vel Executoratum acceptare nolentibus, A. Magistratus alium e medio sui consulta etiam charissima Consorte nominare dignetur. In recognitionem fatigii lego futuro Dno Testamentali Executori Aureos 50. ut incepi termino, quippe in nomine Patris & Filii & Spiritus Sti Amen. — Pestini die 8° Septembris 1832. Joannes Boráros m.p. Testator L. S.

Quod praesens Testamentum per Dnum testatorem Joannem Boráros Lis Reae Cittis Pestiensis Senatorem propria manu scriptum subsignatum & sigillo suo munitum —, nobis infrascriptis velut fine legalisationis Magistratualiter exmissis praesentatum fuerit, hisce perinde propria manu subscriptione testamur. — Pestini 13a Februarii 833. — Antonius Komlosy mp Senator (L. S.) Josephus Vojdischek mp Ordinarius Notarius. qua Mgtuer exmissi (L. S.) Pestini 15: Octobris 834. P. 1834ik Esztendei October 15 én tartatott Tanátsi Ülés alkalmával ezen végrendelés szokott mód szerént kihirdettetett. Költ Pesten mf. Tretter György m. k. Fő Jegyző.

3 fl.

Pest. d. 31. ~~ar~~ 1831 a. n.

Budapest Főváros Levéltára